



1080045152

SYLVEIRA



AMPLISSIMO  
SANCTISSIMÆ TRIADIS SACRARIO  
REGINÆ

ÆTERNÆ SAPIENTIÆ GENITRICI,  
omniumque creaturarum Cœlestium, ac terrestrium  
illuminatrici, ac tutelari Patronæ.



LAMAT Ecclesiastes: *Ad locum, unde exeunt flumina reuertuntur*, per quæ flumina aptè D. Isidorus intelligit Sacros Apostolos, qui sua doctrina universam irrigarunt terram, ac fecundarunt, quæ omnia à te Altissimo Divinitatis fonte ebiberunt, ut uberrimus Auctor est Carthusian. & ait: *Tibi, ô Virgo tribuitur tota corona duodecim Apostolorum; quoniam meritis tuis fuerunt vocati, atque per tuam instructionem edocti.* Per te fuerunt vocati, ut etiam ait Laurentius

Eecl. 2.  
n. 7.  
Isidor.  
apud  
Gloss.  
Gen. 1.

Carthuf.  
lib. 4. de  
laudi.  
bus Ma-  
riae 16.  
richard.  
lib. 11.

Rupert.  
lib. 1. de  
gloria  
filii ho-  
min.  
D. Cyril.  
hom. 6.  
contra  
Nest.  
Idiota  
cap. 7.  
D. Ephr.  
orat. de  
laudibus  
Mariae.  
Albert.  
super  
Missus.

D. Ildo-  
phon. de  
virgini-  
tate Ma-  
riae.

à S. Richardo. *Tua prece, digni inventi sunt, ut à filio tuo eligerentur Apostoli, ac totius Orbis terrarum constituerentur Principes.* Per te instructi, & illuminati sunt in sancta, & vera doctrina: *Tu es Magistra Apostolorum, Evangelistarum, Fidei, & Religionis Christianæ*, ut proclamat Rupertus Turonensis; *Per te eorum sonus exiit in omnem terram, & fideles omnes ad sanctum Baptisma pervenerunt*, ut testatur noster D. Cyrillus Alexandrinus: *Per te fortes facti sunt in bello, & everterunt castra exterorum.* Ut scribit Tuus doctissimus Idiota. Per te fulgentissimo gloriæ diademate refulgent in Patria, ut D. Ephrem ait: *Aut Domina Sceptum gloriæ tuis impetrans.* In tam præclarissima, ac Illustrissima Acta nunc prodire hoc nostrum exiguum, ac tenue Commentarium tuis auspiciis initiatum, nunc etiam ad Te revertitur tuam opem, protectionemque postulans; huc transfero id, quod dixit B. Albertus Magn. *O splendidissimum surgentis Auroræ lumen, depelle tenebras noctis, dissipa caligines, destrue horrores nocturnos.* Exurge ô fulgentissimum divinæ Auroræ lumen, depelle tenebras ignorantiae meæ, dissipa caliginem meæ rusticitatis, averte horrores inimicorum: *Tu es Domina mea, Dominatrix, Dominans mihi, Advocata mea, Patrona mea, Auxiliatrix mea*, ut jam dixi iterum dico, & centum millies dicam, si quid tam in hoc opere, quam in cæteris meis libris apte, & bene compositum invenitur tibi omnium datrici referatur; si quid verò sylvestre, rude, ac rusticum reperiatur, mihi omnium minimæ Creaturæ Fr. Joanni da Sylveira adscribatur.



CENSURA R. ADMODVM P. Fr. GREGORII AIESV

Conimbricensis Doctoris, Magistri Iubilati, ac studiorum Regentis, olim Vlyssiponensis Prioris, semel atque iterum Definitoris primi, causarumque Fidei Qualificatoris in sacro Inquisitionis Senatu Lusitaniae.

Eleberrimos inter huius saeculi Scriptores nunquam satis laudatus Sylveira noster in lucem prodit denuo laudandus suis in *Apostolorum Acta Commentariis*. Sistere nequit calamus, cuius vita Scriptura est, otium interitus. Ejus indefessus scribendi labor, etsi semper spiritu & materia ad Dei gloriam verè Apostolicus, hinc maximè. Si enim teste Cornelio sine argumenti in *Apostolorum Acta*, in D. Luca & per Lucam, qui *Acta Apostolorum* scripsit, completum est illud Psalmi 18. *In omnem terram exivit sonus eorum*; quamnam est pars terræ Catholicæ, ubi cum magno profectu doctrinæ Evangelicæ & Apostolicæ scripta Sylveiræ non sint sonora? Clament Typographi editione multiplici librorum ejus: hoc jam complet denarium numerum, qui Vniversitatis est signum; & jure hoc denarium decantari potest velut Vniversitas, quæ teste Pereira in sua Republica litteraria disp. 1. q. 1. idem valet atque Academia, ex qua Divini Verbi Præcones discipuli, exeunt Magistri Vniversi.

Denarium etiam dicitur primus numerorum terminus & complementum, ultra quod non numeratur, nisi redeundo ad caput seu denarium, ut attestatur ipse Sylveira tom. 4. in Evangelia cap. 5. n. 10. Novum non plus ultra Lectoribus erit Sylveira denario suorum voluminum omnibus numeris completo & absoluto; & si denarium est caput ad quod reditur omnes redire debent ad capita suorum operum inclinantes capita pro debito reverenter, ut caput extollant doctrina tanti Magistri laureati. Cum illa, auxiliante Deo, poterunt etiam, quod plus interest, conformes fieri imagini Filij sui; nam si numisma quo erat depicta Imago Cæsaris denarium vocabatur, opera Sylveiræ jam sunt denarium, cujus literis Evangelicis & Apostolicis ut in pretiosiori numismate depicta est imago Dei.

Tria in hoc volumine continentur: Explanatio textus, Apologia pro Carmeli Ordine, & Officium immaculatæ Conceptionis Deiparæ. In primo tali facundia exarata sunt literæ Gestis Apostolicis, ut potiori jure ei adaptetur velut fors, quod de Aratore, celebrante ligata oratione Acta Apostolica, dixit Venantius Fortunatus in Bibliotheca Sanctorum Patrum tom. 6. p. 2.

*Soriis Apostolica qua Gestis vocantur & Actus  
Facundo eloquio Vates fulcavit Arator.*

In secundo veritati & juri Religionis nostræ ita modestè ac religiosè satisfacit sine ullius offensione, ut pro illo videatur loqui, quod locutus fuit Iacobus de Castro circa Decisiones Sapientissimi Gamæ D. Lusitani epigrammate ad Lectorem.

*Non hic invenies mendaci condita lusu  
Vila, nec impuros, Lector amice, sales.  
Quin resoluta feras non fuco jura superni  
Fulta, sed eximia religione Dei.*

In tertio pro coronide non fatiatus Epistolis dedicatoriis omnium suorum operum Dei parenti, ejus immaculatæ Conceptionis Officium ponit clarioribus Sanctorum Patrum testimoniis mira arte, & studio, majorique devotione, & cordis affectu compositum taliter ut inscriptum de Ioanne Doctore subtili pro opinione pia, de nostro Carmelitano Doctore Ioanne Sylveira pro tanto Officio inscribi valeat.

*Esse dedit puram Christus: da Doctor haberi,  
Et sciri decus hoc debeat illa tibi,*

Hoc meum votum, ut lucem videat Orbi lucem daturus liber iste ad Carmelitarum decus, Dei, ejusque Sanctissimæ Parentis honorem, Carmelo Vlyssiponensi 10. Octob. 1679.

Fr. GREGORIUS à IESV.

CENSURA

CENSURA P. Fr. FRANCISCI A NATIVITATE, OLIM  
Artium Lectoris, deinde nunc Theologiae Vesperarii, ac in ea Praesentati.

**N**decimo in univèrsi Theatrum exit univèrsi splendor, dum decimum suæ lucis radium emittit Sylveira noster decimum in lucem proferens splendidum hoc syntagma, Commentarium scilicet in Acta Apostolorum; opus ædepol, in quo nihil silvestre, ac insubidum, sed totum cœlestè, ac pergratum; nihil expunctioni subjectum, sed compunctionis objectum; nihil spongiæ obnoxium, sed admirationis illicium; nihil tandè fastidij causâ, sed mulcedinis ac oblectamenti motivum, solus ille non inveniet, qui cæculet, aut bruescat. Imo in illo ònia ita ad amissim cõposita, & (ut ita loquar) cothurnata, ita concinne apposita & apposite concinnata, ut omnis qui miretur, demiretur; qui aspiciat, suspiciat; & qui videat, invideat; nullum in eo est instans lectionis, quod non sit electionis; nullum tempus legendi, quod non sit etiam colligendi. Libros animæ esse liberos Clemens attestatur Alexandrinus, dum ait: *Filii quidem corporum; anima autem liberi sunt scriptas*; decimus igitur est animæ hujus Auctoris liber iste, qui si auctorem suum recognoscit ut Patrem, novem alios auctoris libros ut liberos agnoscit germanos; & si Judas Machabæus inter reliquos vocatus decimus plus aliis sui tēporis univèrsali plausu conclamatur, æquum est etiã, ut hic decimus Tomus inter ceteros generali conclamatione applaudatur. Duos Cherubim construxit Salomon in Oraculo decem cubitos altitudinis continentes; est Cherubim *plenitudo Scientiæ*. Qui igitur nostri Auctoris Scientiæ altitudinem scire cupiat, decem cubitos, seu decem Tomos speculetur, & in ipsis altitudinem cum profunditate, scientiam cum plenitudine confitebitur. In hepate est vena quædam quæ dicitur in decem, & si hepar (teste Berchorio) humorè à stomacho receptum convertit in diversos humores, (illud enim quod est calidum, & humidum efficitur sanguis; quod est calidum & siccum, cholera; quod frigidum, & siccum melancholia; quod frigidum, & humidum phlegma) hujus mystici Ecclesiæ corporis me hercle potest noster hic Auctor vocitari, ab illo enim decem eloquentiæ venæ, id est decem tomi derivantur, ab illo Prædicatores scientiam hauriunt non in unum, sed in multa verborum genera conversam; aliquando sanguinem in dulcedine benignæ monitionis; aliquando choleram in fervore asperæ reprehensionis; aliquando melancholiam; in terrore tristis comminationis; aliquando tandè plegma in fluore eloquentis colloquutionis. Decem panes misit Isai per filium suum ad fratres suos, qui erant in exercitu, & in bello; quidnam aliud, quæso, sunt Divini Verbi præcones, quam fratres, qui vitia, debellantes cœlesti militiæ adscribuntur: ad nos ergo mittit Sylveira noster decem panes, quibus sint fortes in bello, & pugnent cum antiquo serpente. In Psalterio decem chordarum Cantica Deo Regius Vates intonabat, ut laus ejus esset in Ecclesia Sanctorum; in Psalterio decem chordarum Regalis hic Carmeli incola Cantica Deo intonuit, è quibus egregiæ quidem laudes, tam Sanctorum in panegyricis, quam ipsius Dei in moralibus decerpuntur. Tandem hi decem Tomi arguunt in suo Auctore decem illa Evangelij talenta; sunt decem conchæ, quibus exhauriuntur aquæ sapientiæ; sunt decem mensæ, in quibus apponuntur spiritualia cibaria; & sunt decem candelabra, tota aurea, tota lucida, tota splendida, quæ in Sacra Pagina, seu potius Ecclesiæ Templo per novum hunc Salomonem poliuntur, construuntur, incenduntur. Circa decimum meum nunc præstolatur placitum; sed quid dicam Sylveira? dicat Sylveira de se ipso tom. 4. in Evangel. c. 51 q. 2. n. 10. *Denarius numerus est perfectus, & primus terminus numerorū; itaque ultra non proceditur numerando, nisi redeundo ad caput, seu denarium*. Si ergo in denario non plus ultra proceditur, quid de hoc denario dicam? Non plus ultra. Ita censo in hoc Lisbonensi Carmelo die 11. Octobris 1679.

Fr. FRANCISCUS à NATIVITATE.

Facultas R. P. Provincialis Carmelitarum in Lusitania.

**M**agister F. Thomas à Conceptione, in supremo Sanctæ Inquisitionis Tribunali Qualificator, ac humilis Prior Provincialis Ordinis Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo in his Portugalis Regnis ac Dominiis, &c. Ex commissione Reverendissimi Patris nostri Mag. Fr. Emilij Iacomeli totius nostri Sacri Ordinis antiquæ Observantiæ Vicarij Generalis, Facultatem præbeo admodum Reverendo P. nostro, nostrorumque omnium dignissimo ac meritisimo Magistro Fr. Joanni da Sylveira, ut Tomus ab ipso non minus